juncta idem ipse recognit ad instantiam ipsius creditoris vel eius successorum ad officium
praesens Castrense Capitale Branscen citatus existens sive eius successores citati existentes
Ex tunc a foro proprio et iurisdictione competenti recedendo praesenti vero Castren Bran
quoad recognitionem et inscriptionem praesentis ac eius contentis in toto satisfacien attinet
incorporando in primo citationibus termino tanquam peremptorio peremptorie respon-
re videre et pro vadio succumbito ac citatis omnibus ab officio non recedendo satisfa-
cere omneque iudicatum pati tenebitur illiusque successores tenebuntur Cum terminum pri-
mum peremptorium et aliis omnibus Causis eiusdem terminos semper peremptorios vera
vel simplici infirmitatibus actione pro maiori minorennitate successorum tarda extra-
ditione mala positione inordinata scriptione ac ignorantia processus citationis in Contumaciam
obtenti Juratoria evasione Conventione generali vel particulari expeditione bellica
servitio militari legatione intra vel extra Regnum interregno absentia Regis a Re-
gno incursu hostium in fines Regni et quibusvis dillationibus non differendo imo
et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos
successores etiam absentibus et abrenunciando sub amissione sui suorumque successo-
rum totius et integrae causae.

Actum in Curia Regia Branscen Feria secunda post Do-
minicam Laetare Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Se-
xcentesimo Quadragesimo Nono In Praesentia Magnifici Francisci Joannis Lesno-
wolski Capitanei et Generosorum Alberti Gnyiewski krasowski Vice Capitanei Joannis
Skirski Notarij Castren Branscensium.

Gieraltij

Quietatio.

Coram officio et actis praesentibus Castren Branscen personaliter comparens Nobilis Albertus olim Mar-
tini Iwonkowski de Dąbrowa kamien sanus mente et corpore existens palam publice
ac libere Recognovit Quia Nobiles Joannem Thomam Petrum Valentinum Filios olim
Petri Gierałt de Walnenbus sibi per olim Parentem cum illatis cum et processu
eo nomine obtento ob editam sibi sufficientem satisfactionem quietat obductione
vulnerum et processum totum in quovis gradu iuris dependentem cassat perpetuo.

Topczewski

Cessio.

Coram officio et actis praesentibus Castren Branscen personaliter comparentes Nobiles Thomas et Stanislaus
annorum quindecim filij olim Nobilis Mathiae Budlewski sani mente et corpore existentes
palam publice ac libere Recognoverunt et quilibet eorum suo pro se in cessione Recognovit Quia
Nobilem Laurentium olim Marci Garin Topczewski et eius posteris de omni et integro
iure suo seu inscriptione olim Nobili Mathiae Budlewski Parenti recognoscentium per No-
bilem Laurentium olim Marci Garin Topczewski super bona Budlewo Cum actis praesen-
tibus iisce modo donatorio facta et super se recognoscentes pro parte seu legitime
spectante Cum omni modo a potestate eiusmodi inscriptionis sua ac parata praemuni-
tione evictione ac ligamentis omnibus in originali inscriptione con-